



P R Æ F A M E N.



IN lucem jam prodeunt Demonstrationes nostræ physicae curiosæ, ex intimiori Philosophiæ mechanicae ac chymicae fonte depromptæ, plusquam trecentis experimentis & observationibus rarioribus illustratæ. Aliquot jam elapsi sunt anni, ex quo non sine insigni fructu animique voluptate has ipsas selectissimis ingeniis, & ex illis compluribus illustrissimis candide ac fideliter proposui atque exhibui. Equidem non instituti nostri erit, hoc loco in laudes prolixas decurrere philosophiæ naturalium experimentalis; illud tamen obiter præterire non possum, nullam ex omnibus scientiis esse, quæ humana mente dignior sit, ipsamque ad infiniti & summi entis potentiam cognoscendam magis adducat, quam hæc ipsa, & rursus quæ majorem animo delectationem, vitæque utilitatem ac eruditioni perfectionem

nem